



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

Præfatio Ad DD. Sodales

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)



# PRÆFATIO AD DD. SODALES

**I**nspice & fac secundum exemplar Exodi 25.  
40.  
dicit Dominus ad omnes, &  
inprimis ad Te, Sodalis Par-  
thenie, qui ceteris *exemplo* vi-  
tæ & morum præluere pecu-  
liari ratione debes, ob regulas & leges,  
in quas jurasti, quando nomen Sodalitati  
Virginæ dedisti. Et verò etiam *exemplo*  
aliis præluerebis, si Temetipsum *exemplari*  
bono conformem prius facere per imita-  
tionem allaboraveris. Sed cui *exemplari*  
non uni alicui, sed multis, de quorum  
singulis S. Augustinus: *imitari non pigeat,* Serm. 47.  
de Sanctis  
*quod celebrare delectat.* Clarius: *exemplaria,*  
quæ aliis *exemplum* præbiturus exprimere  
in verbis ac factis tuis debes, tot offerun-  
tur, quot Sancti partim jam exhibentur,  
partim (si Deo placeat) in posterum exhi-  
bebuntur. Eorum, qui in præsentis li-  
bello proponuntur, semper unum, tan-  
quam absolutum virtutis prototypon seu  
*exem-*

PRÆFATIO

exemplar, ordine, quem eundem cum anni  
ac mensium diebus habebunt, indies in-  
spice, & quod ita inspiciendo, congruum  
statui tuo perspexeris, fac & imitare, ad-  
iutus ab adjunctis meditationibus, qua-  
cum attentione lectæ ac perpensæ intelle-  
ctum tuum illustrabunt, ut, quid faciendum  
clariùs cognoscas; & voluntatem inflam-  
mabunt, ut, quod faciendum  
cognoveris, faciliùs &  
opere exerceas.

Vale,

JANUARIUS

hae  
m  
aga  
ocu  
nia  
deb  
SUS  
ru